Il faut obſerver de faire une de ces pieces de la premiere aſſiſe, traverſante ſans joint d'un parement du moule à l'autre, ainſi que celle qui eſt marquée N°. 2. ſur le plan, & dont les extremités ſont plus étroites que le milieu ; afin que celles qui la joignent, ſoient plus aiſées à retirer. Cette piece eſt comme la baſe du moule ; parce que quand on veut le remonter, pour faire les armatures & le noyau, elle ſert de regle pour poſer toutes les autres, que l'on fait pareillement de maniere qu'on les puiſſe aiſément retirer ; & pour cela, on fait d'eſpace en eſpace des clefs, qui ſont des pieces en façon de coin, N°. 20. 27. 26. leſquelles étant ôtées, laiſſent de la liberté pour ôter les autres, qui doivent toujours

Suprà planam ſuperficiem areæ quæ clathris impoſita fuit, de quâ Capite primo ſum locutus, & quæ ejuſdem eſt altitudinis ac ima pars equi pedum, primum typi corium ſtatutum eſt ; ſub equi ventre, à capite ad caudam, poſteà directam deſcripſerunt lineam, à quâ perpendicula ducta ſunt, ut ſuper aream æqualis deſignaretur linea A. B. in quam alias exaravere lineas C. D. rectos efficientes angulos ; quæ lineæ deſcriptæ ſunt, juxtà præcipuas ichnographiæ operis partes. (Suprà longam regulam, cunctas quæ inter eas lineas continentur menſuras annotandi cura adhibetur : quia ad omnes typi ſimul componendas partes, cum de armaturâ & nucleo condendis agitur, magnæ ſunt utilitatis.) Et quoque ſuper aream, primi corii quod habere debebat typus, ichnographia delineata fuit, ex eminentibus exemplaris partibus protrahendo perpendicula, quibus tres vel quatuor unciæ propter craſſitudinem quæ ad minimum his in locis danda eſt typo gypſario, additæ ſunt. His peractis, omnes corii primi partes conditæ fuere, ſecundum ordinem qui ſuprà ichnographiæ portiones poteſt videri ; efficiendo quantum licebat, ut partium typi cubilia in pari poſita forent librâ, & facies exteriùs obverſæ ad perpendiculum componerentur, quo pacto facilius coaptantur ad invicem.

Una ex primi corii partibus, abſque ullâ commiſſurâ ab unâ facie ad alteram eſt trajicienda, ad ſimilitudinem ejus, quæ in ichnographicâ deſcriptione N°. 2. cernitur, cujuſque extrema medio anguſtiora ſunt, ut partes quæ ei adjacent, liberius eliciantur. Iſta tranſverſa pars, eſt quaſi typi baſis ; quia cum eſt diſponendus, ut conficiantur & nucleus & armaturæ, regulam præſtat quâ poſſint ſimul jungi cæteræ partes, quæ tamen ſic efficiuntur, ut nulla ſit eas retrahendi difficultas : quod cum id velis obtinere, per intervalla formantur claves, quæ cuneorum vicem gerunt, N. 20. 27. 26. & quibus ſubſtractis, aliæ facillimè avelluntur ; quæ omnes extrinſecus ſunt retrahendæ ; ita ut, exempli gratiâ, unum equi cruris dimidium, velut N°. 1. intrinſecus fixum remaneat, dum aliud, id eſt, N°.

précautions neceſſaires, quand ces ouvrages doivent paſſer l'hiver, pour empêcher que la gelée n'y puiſſe faire tort.

C'eſt de la perfection de ce modele, que dépend celle de l'ouvrage de bronze, qui en prend la forme par la ſuite; C'eſt pourquoi le Sculpteur doit le terminer autant qu'il eſt poſſible, & ſurtout ſe contenter entiérement pour ce qui regarde l'attitude & la diſpoſition de ſes parties, parce qu'il ne peut plus revenir à les changer. Le modele étant fini, on travaille à le mouler de la maniere qui ſera marquée dans le Chapitre ſuivant.

Ab ejus exemplaris excellentiâ, pendet ea quam æneum habebit opus, quod in illud deinde transformatur; quapropter id perficiendi, ut erit poſſibile, curam aſſumet Sculptor; & quoad ſitum, partiumque diſpoſitionem, præſertim ſatisfaciet omninò ſibi, quoniam ad eorum faciendam mutationem redire non poteſt. Exemplari confecto, ad ejus habendum typum labor confertur, eâ ratione quæ videbitur in Capite ſequenti.

CHAPITRE III.

Du Moule de Plâtre.

POUR fondre un grand ouvrage de bronze, on fait deux ſortes de moules. Le premier eſt ordinairement de plâtre, pour avoir le creux du modele; & le ſecond eſt fait de potée & d'une terre compoſée: c'eſt dans celui-ci que coule le métal, ainſi qu'il ſera expliqué au Chapitre IX.

Le moule de plâtre eſt fait de pluſieurs aſſiſes, ſuivant la hauteur de l'ouvrage; on obſerve d'en mettre les jointures aux endroits de moindre conſéquence, à cauſe que les balevres que fait ordinairement la cire en ces endroits là, en ſont plus aiſées à réparer; & l'on fait auſſi en ſorte que les lits deſdites aſſiſes, ſoient plus bas que les parties qui ſont en deſſous, telles que le ventre & la tête du cheval, d'environ quatre pouces, afin que le plâtre qui en forme le creux, ait toujours une épaiſſeur ſuffiſante pour avoir de la ſolidité. Chacune de ces aſſiſes eſt compoſée de pluſieurs pieces, ſuivant les differentes diſpoſitions du modele, & de telle groſſeur qu'on puiſſe les manier aiſément. La deſcription que je vais faire du moule de la Figure Equeſtre, ſuffira pour donner l'idée de ceux de toutes ſortes d'ouvrages.

CAPUT III.

De Gypſario Typo.

DUÆ typorum ſpecies efformantur ad fundendum grande opus ænum. Primum, ut mos eſt, efficitur è gypſo, ut exemplaris obtineatur cavum; alterum verò, quod ut fuſum recipiat in ſe metallum, deſtinatur, ſicuti nono narrabitur Capite, ex argillâ fuſoriâ, compoſitâque conflatur terrâ.

Ex additamentis, ſeu coriis pluribus, juxtà operis altitudinem, gypſarius coaleſcit typus; partibus minus ſpectandis juncturas eſſe apponendas advertendo, quia quod è cerâ ut plurimùm præterfluit, his in locis faciliori reſtituitur negotio; atque etiam curando ut coriorum cubilia, partibus quæ ſunt infrà, videlicet ventre & equi Capite, quatuor uncias vel circiter ſint inferiora, ut gypſum quo cavus effingitur, tantæ ſit craſſitudinis, quantâ ad ſoliditatem eſt opus. Unum quodque ex iſtis coriis, ſecundùm diverſas exemplaris diſpoſitiones, dividitur in partes plurimas, quæ non ita debent eſſe craſſæ, ut liberâ manu tractari nequeant. Equeſtris Figuræ typi deſcriptio quam mox ſum daturus, ex omni ſpecie typorum ſuppeditabit idæam.

EXPLICATION DE LA PLANCHE V. Elle repréſente le moule de plâtre, qui eſt le creux du modele de plâtre de la Figure Equeſtre.

Renvois.

1. Entailles, ou hoches creuſes.
2. Entailles, ou hoches de relief.
3. Premiere aſſiſe du moule.

EXPLICATIO TABELLÆ V. Exibet typum gypſarium, qui eſt cavum exemplaris gypſarii Figuræ Equeſtris.

Notæ relativæ.

1. *Inciſuræ intùs factæ.*
2. *Proëminentiæ ad illas inciſuras adaptatæ.*
3. *Primum typi corium.*

EXPLICATION DE LA PLANCHE VI. Elle repréſente le plan de la premiere aſſiſe du moule de plâtre.

Toutes les pièces du moule ſont numerotées, dans l'ordre qu'elles ont été faites depuis un juſqu'à vingt-cinq.

26. Pointals de l'armature de fer.

Les autres aſſiſes du moule ſont faites dans la même intention, en obſervant d'aſſiſe en aſſiſe, que les pieces du deſſus ſoient en liaiſon avec celles du deſſous.

EXPLICATIO TABULÆ VI. Primi corii gypſarii typi ichnographiam offert.

Omnes typi partes, juxtà ordinem in quo fuerunt factæ, indicantur numeris, ab uno uſque ad vigeſimum-quintum.

26. *Fulcimenta ferrea, quæ directò ferream ſuſtinent armaturam.*

Alia typi coria, pari ſunt formata mente, è corio in corium curando, ut ſuperiorum partium juncturæ non ſint perpendiculæ juncturis inferiorum, ſed alternatim collocentur, ut fiat indè firmior junctio.



CHAPITRE

être retirées en dehors, en sorte, par exemple, que la moitié d'une jambe de cheval reste toujours stable en dedans, comme la piece N°. 1. & que l'autre moitié N°. 25. soit aisée à retirer en dehors, pour y bien ajuster les gros fers de l'armature.

Avant que de mettre du plâtre contre le modele, pour faire le moule, il faut avoir soin de le bien huiler; ce qui se pratique pareillement à tous les joints de chaque piece; afin que dans ces endroits là les plâtres ne fassent pas corps les uns avec les autres; observant d'y faire des entailles ou hoches, dont les unes sont de relief & les autres sont creuses, afin que les pieces du moule s'enclavent mieux les unes dans les autres, continuant ainsi d'assise en assise, jusqu'à celle qui ferme le moule.

Aux parties du modele qui sont unies, on fait le creux d'une seule piece dans toute la hauteur de l'assise, parce qu'il se peut aisément dépouiller; mais dans les endroits qui sont fouillés, comme le sont les Draperies, on fait plusieurs petites pieces qui remplissent les vuides, que l'on peut aisément retirer l'une après l'autre, & dans lesquelles on met de petits morceaux de fil d'archal, dont le bout est tortillé en maniere d'anneau, dans lequel on passe une ficelle, pour les lier avec une piece plus grande, que l'on appelle chape, qui les enferme. Le moule étant achevé, on le laisse reposer quelque tems, afin que les plâtres puissent prendre corps, & l'on marque sur toutes les pieces, des numeros pour en reconnoître l'ordre & la suite, lorsqu'on le veut élever, pour faire les armatures & le noyau: après quoi on ôte toutes les pieces du moule, en commençant par le haut, & l'on répare ensuite le modele de plâtre dans les parties que le moule a rompues, parce qu'elles sont necessaires dans la suite, pour l'execution du reste de l'ouvrage.

25. forinsecus retrahetur ad libitum, ut armaturæ grandia ferramenta optime iis accommodari queant.

Antequam exemplari applicetur gypsum, ut fiat typus, oleo est obliniendum; quod etiam erga omnes unius cujusque partis commissuras efficitur; ut gypsariæ crustæ non inter se cohæreant; curando ut iis sint incisiones aut crenæ, quarum aliæ prominebunt, aliæ verò excavabuntur, ut strictius conjungantur singulæ typi portiones: quæ ratio pergetur è corio in corium, usque ad postremum quo clauditur typus.


Ad exemplaris partes quæ sunt planæ, ex uno tenore & juxtà corii altitudinem continuum efficitur cavum, quia expeditè potest secerni; at effossis partibus, videlicet vestimentis, plures admoventur particulæ, à quibus adimplentur cavitates, quæ altera post alteram facillimè possunt avelli, & in quibus inseruntur exigua ærea fila, quorum contorquetur extremitas ad instar annulli, per quem inducitur funiculus, quo majori alligantur portioni, quæ dicitur penula, seu operculum, & quæ illas includit particulas. Perfecto typo, in aliquod tempus seponitur, ut solidum possit fieri gypsum; & suprà omnes partes quibus conflatur, annotantur numeri, ut innotescant earum series & ordo, cum ut efficiantur armaturæ & nucleus, extollendus erit. His peractis, omnes auferuntur typi partes, à vertice incipiendo; & in portionibus quas typus potuit conterere, posteà reparatur gypsarium exemplar, quoniam cunctæ ejus partes ad reliqui operis executionem, in posterum sunt necessariæ.



Planche V.

Blondel Sculp.


2



Jambe de devant qui leve
Jambe de derriere qui leve

pieds de hauteur ; demi pouce aux Figures grandes comme nature ; & aux ouvrages au dessus de cette grandeur, à proportion, & suivant les differentes parties qui ont besoin de plus ou de moins de force. Voici la maniére qu'on a pratiquée pour l'ouvrage dont je parle : Les trois jambes du cheval qui portent, ont été faites massives de cire jusqu'aux jarets, pour être par la suite massives de bronze, afin de donner plus de solidité ; la cire des cuisses du cheval a eu un pouce d'épaisseur ; le reste jusqu'à la tête de la Figure du Roi, dix lignes ; & la queue du cheval, six lignes.

ribus quæ hanc exsuperant magnitudinem, & juxtà plus minusve roboris quod diversæ postulant partes. In opere de quo loquor, ea fuit observata ratio : Quæ insident equi crura, ad poplites usque è solidâ cerâ facta fuere, ut dein ex ære fierent solido, & essent firmiora. Coxarum equi cera unam unciam crassa effecta est : reliquum ad Regis Figuræ caput usque, decem lineas habuit ; sex verò lineas cauda equi.

Cette cire doit être d'une qualité, qui ayant assez de consistance pour se soûtenir & ne se pas fondre à la grande chaleur de l'esté, ait cependant assez de douceur, pour qu'on la puisse aisément réparer. On a mis pour cet ouvrage sur cent livres de cire jaune, dix livres de terebenthine commune, dix livres de poix grasse & dix livres de sain doux. On a fait fondre le tout ensemble avec un feu moderé, observant de ne pas faire bouillir la cire, ce qui la rendroit écumeuse, & empêcheroit de la reparer proprement.

Talis esse debet hæc cera, quæ sua firmitate valeat æstivis caloribus on liquari, & suâ mollitie tamen facilè reparetur. Ad hoc opus, centum fulvæ ceræ libræ, decem terebinthinæ resinæ communis, decem pinguis picis, & decem porcini adipis commixtæ fuere : hæc omnia igne temperato liquefacta sunt, cavendo ne bulliret cera, quoniam hoc in casu fieret spumosa, nec concinnè posset reparari.

On employe premierement cette composition liquide avec des brosses de poil de bléreau, dans les pieces du moule, après les avoir bien imbibées d'huile d'olives, de sain doux & de suif fondus ensemble, afin d'en pouvoir détacher facilement les pieces de cire; & lorsque les couches employées avec la brosse, font environ une ligne d'épaisseur, ayant soin d'en mettre sur les parties saillantes avec la même égalité, on en acheve le reste avec des tables de cire d'une semblable composition, que l'on fait dans des moules, pour qu'elles deviennent plus égales. Ces moules sont faits d'un ais d'environ un pied de largeur & de deux pieds de longueur, bien dressé, sur lequel on attache à l'extremité de la largeur, deux tringles de bois de l'épaisseur qu'on veut donner à la cire, entre lesquelles on met ladite composition amollie dans de l'eau chaude & maniée comme de la pâte, que l'on étend avec un rouleau qui roule sur les

Cum peniculo è melis setâ facto, hæc mixtura adhibetur liquida typi partibus, postquam olivo, porcino adipe & sebo simul fusis fuerunt admodum imbutæ, ut non difficulter ex iis possint secerni ceræ portiones; & quando lituræ cum peniculo superstratæ ad unam lineam crassitudinis, vel circiter, pervenerunt, prostantes, seu eminentes partes illiniendi curam habendo, ut totum fiat æqualiter crassum, tunc quod super est, absolvitur cum cereis tabulis, quæ ex eâdem compositione in typis efformantur, ut una non sit alterâ crassior. Isti conficiuntur typi ex axi ligneo unum pedem circiter lato, duos pedes longo & correcto diligenter, suprà quem ad latitudinis extrema affiguntur duæ ligneæ regulæ, quæ sint tàm crassæ quàm volueris esse ceram, quas inter collocatur suprà dicta mixtura, postquam in aquâ calidâ fuerit emollita & in modum subactæ farinæ contrectata : tunc cum cylindro qui suprà duas volvitur regulas, extenditur secundùm axem madidum aut unctum oleo, ut facilius sejungatur cera. Eâ ratione, cereis

CHAPITRE IV.

Des Cires.

LE moule dont j'ai parlé dans le Chapitre précédent, sert à faire un modele de cire tout semblable au premier modele de plâtre. On donne à la cire l'épaisseur que l'on veut donner à la bronze; car lorsque dans l'espace renfermé par ces cires, on a fait l'armature de fer & le noyau, & qu'elles ont été recouvertes par dessus, du moule de potée & de terre, on les retire, par le moyen du feu qui les rend liquides, d'entre le moule de potée & le noyau; de sorte qu'il s'y fait un vuide, que la bronze occupe par la suite.

Les anciens ne prenoient point la précaution de faire le premier moule de plâtre, par le moyen duquel on donne à la cire une épaisseur égale; après avoir fait leur modele avec de la terre à potier préparée, ou du plâtre, ils l'écorchoient; c'est-à-dire, qu'ils en ôtoient tout autour l'épaisseur qu'ils vouloient donner à la bronze; de sorte que le modele devenoit le noyau, & après l'avoir bien fait cuire, ils le recouvroient de cire qu'ils terminoient, & sur laquelle ils faisoient le moule de potée, dans lequel le métal devoit couler. On se sert encore quelquefois de cette méthode pour les bas reliefs, & pour les ouvrages dont l'execution n'est pas difficile; mais quoiqu'elle soit plus expeditive, elle jette pour les grands ouvrages, dans plusieurs inconvénients qui ont obligé de se servir des pratiques suivantes.

Toutes les pieces du moule étant assemblées dans leurs chapes, on y met de la cire de l'épaisseur qu'on veut donner à la bronze. Cette épaisseur doit être differente suivant les grandeurs des ouvrages. On donne ordinairement deux lignes d'épaisseur, aux Figures des cabinets, qui ont environ deux

CAPUT IV.

De Ceris.

TYPUS de quo in præcedenti Capite fuit sermo, prodest ad condendum cereum exemplar primo exemplari gypsario omninò simile. Quantam æs habere debet, tanta ceræ datur crassitudo; namque ut primùm in intervallo à cerâ incluso, armatura ferrea & nucleus structi fuere, & illa à typo qui argillâ fusoriâ componitur, insuper operta fuit, à spatio quod inter typum ex argillâ & nucleum interjicitur, eam sub ducendi cura est, mediante igne à quo liquatur: hujusmodi vacuus fit locus, quem deinde æs occupat.

Usum efficiendi primum typum gypsarium, cujus ope æqualis ceræ datur crassitudo, vel ignoraverunt, vel neglexerunt veteres. Postquam à terrâ figulinâ præparatâ, aut gypso, fabricaverant exemplar, à suâ superficie illud exuebant; id est, ab ejus ambitu tantum resecabant crassitudinis, quantum æri volebant impertire; ita ut in locum nuclei exemplar evaderet; atque cum apprimè fuerat coctum, illud involvebant cerâ, cui absoluta dabatur perfectio, & super quam argillâ fusoriâ concretum effingebant typum, in quo metallum flueret. In operibus dimidiæ frontis, vel iis quorum est minimi laboris executio, aliquoties hæc methodus est adhuc in usu; at licet ad accelerationem sit aptior, hanc plurimi comitantur ingrati casus in operibus magnis, & idcircò ad sequentes agendi modos confugere necesse fuit.

Cum sub suis operculis fuerunt collectæ omnes typi partes, intromittitur cera, ejusdem crassitudinis ac illa quæ æri desideratur. Differre debet hæc crassitudo pro diversis operum magnitudinibus: musæorum figuris duos pedes circiter altis, duas crassitudinis lineas dandi mos est; figuris quæ naturam adæquant, semi-unciam; æquâ proportione, ope-

CHAPITRE V.

De l'Armature de Fer.

L'ARMATURE eſt un aſſemblage de differents morceaux de fer pour porter le noyau & le moule de potée d'un ouvrage de bronze, dont je parlerai dans les Chapitre VI. & IX.

Les ouvrages d'une forme piramidale, n'ont pas beſoin d'une forte armature, parce que la baſe ſoutient les parties d'au-deſſus, qui diminuent de groſſeur, & il ſuffit d'y mettre quelques barres de fer dans leſquelles on paſſe d'autres fers plus menus, qu'on appelle lardons, pour lier le noyau avec le moule de potée, comme on l'a pratiqué dans le noyau de la Figure du Roi, planche XV. mais dans les ouvrages, dont les parties ne ſont pas portées de fond, comme celles d'une Figure Equeſtre, où tout le poids de l'ouvrage ne porte que ſur les trois jambes du cheval, on ne peut prendre trop de précautions pour empêcher que le noyau & le moule de potée ne ſe déjettent & ne fléchiſſent, ce qui feroit manquer la fonte.

Quelques fers de l'armature ont été faits pour reſter toujours renfermés dans la bronze, parce qu'ils ſervent à donner plus de ſolidité aux parties qui portent le fardeau, ſçavoir ceux qui ſont dans les jambes du cheval; les éguilles qui les traverſent & qui paſſent d'un flanc du cheval à l'autre; les fers qui paſſent dans la queuë du cheval & dans la jambe qui leve; les traverſes qui paſſent d'un flanc du cheval à l'autre, & où ces fers ſont accrochés. Les fers qui paſſent dans les jambes du cheval qui portent, deſcendent trois pieds plus bas que le deſſous des pieds du cheval, afin de les ſceller dans le corps du pied d'eſtal: & au fer de la jambe de

CAPUT V.

De Ferreâ Armaturâ.

ARMATURA diverſorum eſt copulatio ferreorum vectium quâ fulciuntur in opere æneo tum nucleus, tum ex argillâ fuſoriâ concretus typus, de quibus in ſexto & nono Capitibus diſſeretur.

Opera, quorum pyramidata eſt forma, non validiſſimam exigunt armaturam, quia baſi ſuperiores nituntur partes, quarum ſenſim decreſcit craſſitudo; & idcircò pauci ſufficiunt vectes ferrei, per quos alii intromittuntur minutiores, quos lingulas vocant, quibuſque ſimul & nucleus & argillaceus typus alligantur, ſicut in Regis Figuræ nucleo actum eſt, Tabella XV. At verò in operibus quorum partes nullum habent quo ſuſtineantur fundamentum, ſicuti partes Equeſtris Figuræ, cujus tribus tantummodò equi cruribus totum geſtatur pondus, nimium non poteſt provideri ut nucleus & ex argillâ fuſoriâ typus nec dejiciantur nec flectantur, quo eventu omnis deficeret fuſio.

Quædam armaturæ ferramenta, ut in ære ſemper incluſa remanerent, facta fuere, quia eorum ope, quæ onus ferunt partes majorem adipiſcuntur ſoliditatem: illa ſunt ſcilicet quæ cruribus equi inſunt; veruncula quæ ea trajiciunt, & quæ ab uno equi latere ad aliud permeant latus; ferramenta quæ caudam equi, cruſque quod attollitur, ſubeunt; tranſverſi longurii qui ilia pervadunt equi, & ad quos iſta adhæreſcunt inſtrumenta ferrea. Quæ in equi inſidentia crura tranſeunt ferramenta, imâ parte equi pedum inferius tres deſcendunt pedes, ut in ſtylobatæ maſſâ intimâ poſſint firmari. Ad ſoleam cruris equini anterioris, quod inſidet, alligata intus fuit norma ferrea, quæ in ſtylobatâ devincitur, ut anteriori equinæ parti

deux tringles, le long de l'ais mouillé ou huilé, pour que la cire s'en détache, & par ce moyen on donne une épaisseur parallele aux tables de cire. Avant que de les mettre dans les pieces du moule, on a soin de ratisser le dessus de la cire, que l'on y a mise avec la brosse, & le dessous de la table de cire; afin qu'elles puissent faire corps ensemble; & après les avoir fait chauffer l'une & l'autre pour les rendre plus liantes, on acheve avec ces tables, de donner à la cire l'épaisseur qu'il lui faut, observant qu'elles joignent parfaitement avec les premieres couches, & que l'épaisseur en soit par tout égale; ce que l'on continue de la même façon dans tous les creux du moule. On a employé pour cet ouvrage 5326. livres de cire composée, y compris la cire que l'on a fait couler entre les pieces de cire & le noyau, pour ne laisser aucun vuide entre deux, comme il sera expliqué au Chapitre VI.

tabulis æqualissima datur crassitudo. Antequàm typi partibus applicentur, pars summa ceræ, quæ intùs à penicillo inducta fuit, & ima pars tabulæ cereæ raduntur, ut aptius simul cohæreant; cumque ambæ fuerunt calefactæ, ut ad se jungendas sint propensiores, his cum tabulis crassitudo ceræ absolvitur, animadvertendo ut prioribus lituris perfectissimè copulentur, & ubique sint similiter crassæ, quod sic pergitur in omnibus typi cavis. In opere isto compositæ ceræ 5326. libræ consumptæ sunt, comprehensa cerâ quæ inter cereas partes & nucleum infusa fuit, ne inter utrumque remaneret vacuitas; sicuti in Capite sexto exponetur.

La quantité de cire que l'on employe, sert à faire connoître la quantité du métal, qui doit entrer dans un ouvrage, en comptant dix livres de métal pour une livre de cire; de sorte que pour les 5326. livres de cire, il doit entrer suivant cette même proportion 53260. livres de métal, sans compter ce qu'il en faut pour remplir les jets, les évents & les égoûts de la cire, dont je parlerai dans le Chapitre VIII.

A quantitate cerarum quibus uti necesse est, dignoscitur quantitas metalli quæ ad opus faciendum requiritur, pro unâ ceræ librâ decem metalli libras ponendo: sic pro ceræ 5326. libris, juxtà hanc proportionem, 53260. metalli impendentur libræ; non annumerando metallum quo est opus, ut adimpleantur ceræ infundibula, spiracula & stillicidia, de quibus in Capite octavo sum locuturus.

Toutes les pieces du moule de plâtre, étant couvertes en dedans des tables de cire, comme il a été expliqué, on a démoli le modele de plâtre, en le coupant par parties, qui ont été conservées pour s'en servir par la suite à réparer les cires; & sur l'aire de plâtre sur laquelle on a fait le modele, on a remonté, suivant les repaires qui y ont été marqués, ainsi que sur ceux qu'on a mis sur la regle, comme il a été expliqué dans le Chapitre III. toutes les assises du moule de plâtre, dans leur ordre, jusqu'à la moitié de la hauteur du ventre du cheval, afin de poser au dedans & au dehors toutes les pieces de l'armature de fer, qui seront expliquées dans le Chapitre suivant.

Cum gypsarii typi partes omnes, intrinsecus tabulis cereis fuerunt opertæ, ut dictum est, exemplar gypsarium demoliti sunt, illud intercidendo frustis, quæ servata sunt, ut ad cerarum reparationem essent usui; atque suprà gypsariam aream, in quâ fabricatum fuit exemplar, aliud super alterum elevaverunt, juxtà indicia quæ illis fuerunt impressa, notasque suprà regulam factas, veluti tertio Capite demonstravimus, cuncta gypsarii typi coria in ordine suo disposita, ad altitudinis ventris equi dimidium usque, ut interiùs & extrinsecùs omnes armaturæ collocarentur partes, quæ in sequenti Capite recensebuntur.

4. Piliers butants qui soûtiennent l'ouvrage.
5. Eguilles qui traversent d'un flanc du cheval à l'autre.
6. Traverses en long & bouts des traverses en largeur.
7. Fers qui restent dans l'ouvrage quand il est fondu, tandis qu'on en retire les autres fers.
9. Epaisseur de la cire.

EXPLICATION DE LA PLANCHE VIII. Elle représente comme la précédente, l'armature de fer.

Figure premiere.

Plan du corps du cheval coupé horizontalement.

Renvois.

6. Traverses.
7. Fers qui restent dans l'ouvrage quand il est fondu, lorsqu'on en retire les autres, après la fonte.
9. Epaisseur de la cire.

Figure seconde.

Coupe du cheval par les jambes de devant, en le regardant de la queuë à la tête.

Renvois.

4. Piliers butants qui soûtiennent l'ouvrage.
5. Eguilles.
6. Traverses.
7. Fers qui restent quand l'ouvrage est fondu.
8. Equerre qui doit être renfermée dans le pied d'estal, pour faire un empattement à la jambe du cheval, qui ne porte que d'un côté.
9. Epaisseur de la cire.

4. *Anterides quæ fulciunt opus.*
5. *Verucula quæ ab uno latere equi ad aliud latus trajiciuntur.*
6. *Longurii juxta longitudinem transversi, & in latum transversorum extremitates.*
7. *Ferramenta quæ in opere post fusionem remanent, dum cætera subtrahuntur.*
9. *Ceræ crassitudo.*

EXPLICATIO TABULÆ VIII. Sicut antecedens, ferream armaturam oculis subjicit.

Figura prima.

Corporis equi juxta horizontem incisi diagramma.

Relativæ notæ.

6. *Longurii transversi.*
7. *Ferramenta in opere, quando fusum fuit, remanentia, dum cætera post fusionem retrahuntur.*
9. *Ceræ crassitudo.*

Figura secunda.

Sectio equi per anteriora crura, eum à caudâ ad caput inspiciendo.

Notæ relativæ.

4. *Anterides quibus nititur opus.*
5. *Verucula.*
6. *Langurii transversi.*
7. *Ferramenta quæ, postquam fusum est opus, restant.*
8. *Norma ferrea quæ in stylobatâ includi debet, ut equi ex unâ tantummodò parte insidentis cruris fundamentum fiat.*
9. *Ceræ crassitudo.*

devant du cheval, qui porte, on a attaché en dedans une équerre de fer, pour être scellée dans le pied d'estal, afin de faire un plus grand empattement au devant du cheval, qui ne porte que sur une jambe.

Tous les autres fers de l'armature, out été faits de maniere qu'on pût les retirer, lorsque l'ouvrage seroit fondu, c'est pourquoi ils ont été faits de plusieurs pieces attachées l'une à l'autre avec des vis, boulons & clavettes, afin de pouvoir les tourner dans le vuide de la bronze, lorsque l'on en a ôté le noyau. Il faut observer en forgeant les fers de l'armature, de leur donner un contour fort coulant, pour ne pas corrompre les corpuscules du fer, ce qui lui ôteroit toute sa force.

Pour mettre en leur place tous les fers de l'armature, on commence par démolir la grille & le massif qui portoit sur cette grille; de façon qu'on peut assembler & river sous la base de l'armature, les principaux fers. Cette base est marquée sur le plan de la grille, Planche IV. N° 5.

parti quæ uno nititur pede, fieret latius fundamen.

Alia omnia armaturæ ferramenta, sic fabricata sunt, ut post operis fusionem possent retrahi: ob hanc causam ex plurimis partibus, cochlearum, clavorum & cuneorum auxilio ad invicem conjunctis fuerunt facta, & ejusmodi in æris spatio inani, cum ablatus fuit nucleus, fiunt versatilia. Armaturæ ferramenta fabrefaciendo, est animadvertendum, ut lenissimi eorum sint circuitus, ne disrumpantur corpuscula ferri, quod proindè vim suam amitteret.

Clathros & pulvinum iis insidentem demoliti sunt, ut in suo disponerentur loco omnia ferramenta armaturæ; & sic sub armaturæ basi conjungi ac retundi præcipua possent. Super clathrorum ichnographiam hæc annotatur basis, Tabulâ IV. N° 5.

EXPLICATION
DE LA PLANCHE VII.

Figure premiere.

Elle représente l'armature de fer, qui a été faite dans le corps du cheval avec les pointails & piliers butants pour soûtenir la Figure Equestre.

Figure seconde.

Elle représente le profil du cheval coupé par le milieu de sa longueur, de la tête à la queuë.

Renvois.

1. Platebande qui sert de base à l'armature.
2. Grille.
3. Pointails.

EXPLICATIO
TABULÆ VII.

Figura prima.

Ferream armaturam quæ in equi corpore posita fuit, exhibet, cum fulcimentis & anteridibus sustinendæ Equestris Figuræ destinatis.

Figura secunda.

Equi per mediam longitudinem à capite ad caudam scissi catagraphum ostendit.

Notæ relativæ.

1. *Pluteus, qui armaturæ basis vicem gerit.*
2. *Clathri.*
3. *Fulcimenta ad perpendiculum arrecta.*



Fig. 2e.
Tardieu Sculp
1 2 3 4 5 6 Pieds

Planche VII





Planche VIII.

Fig. 1ère

1 2 3 4 5 6 Pieds

Tardieu Sculp.



. 2e.
Fig. 3e.

sa violence ; & n'en ait pas trop en même tems, pour s'opposer au métal, qui travaille, à mesure qu'il se réfroidit dans le moule ; ce qui feroit gercer le métal en plusieurs endroits. La quatriéme qualité que doit avoir le noyau, est qu'il soit d'une matiere qui soit agréable au métal, & qui le reçoive volontiers lorsqu'il coule, sans le recracher & sans y faire de soufflures ; ce qui pourroit arriver, s'il y avoit trop de plâtre dans sa composition.

flatibus ; quod accidere posset, si nucleus nimio componeretur gypso.

On pratique differentes manieres pour former le noyau, dont la plus ordinaire est de se servir d'une matiere composée de deux tiers de plâtre & d'un tiers de brique, bien battus & sassés, que l'on gâche ensemble, & que l'on coule dans les assises du moule, après que l'armature est faite, continuant ainsi d'assises en assises, jusqu'au haut de la Figure : la brique mêlée avec le plâtre, empêche qu'il ne pousse, & fait qu'il résiste à la violence du feu & du métal.

Diversæ sunt nucleum efformandi rationes : ea quæ est usitatior materiam requirit compositam è duabus gypsi partibus & alterâ laterum parte, maximè sabactis incretisque per cribrum, quæ simul diluuntur & in typi coriis intromittuntur, postquam condita est armatura, pergendo è corio in corium, usque ad Figuræ apicem. Lateres mixti gypso, prohibent ne se projiciat, efficiuntque ut ignis vim & metalli effervescentiam valeat sustinere.

Mais comme cet ouvrage passe la grandeur ordinaire, on a jugé à propos de prendre de plus grandes précautions ; & pour cet effet on s'est servi de differentes matieres, suivant les differentes parties de l'ouvrage : Les trois jambes du cheval qui portent, n'ont point de noyau jusqu'aux jarrets, pour être par la suite massives de bronze autour du fer de l'armature qui passe dans chaque jambe : La queuë du cheval, la jambe qui leve, la tête & partie du col du cheval, où l'on n'a pû entrer, pour y faire le noyau de terre, comme aussi la Figure du Roi dans toute sa hauteur, ont été coulés de plâtre & de brique : Le noyau du corps du cheval, a été fait d'une matiere composée de deux tiers de terre rouge & sablonneuse, que l'on prend derriere les Chartreux, au fauxbourg saint Jacques de cette Ville de Paris, que tous les Fondeurs estiment la meilleure de l'Europe pour ces ouvrages, & d'un autre tiers de crotin de cheval & de bourre passés par les baguettes, afin de les délayer plus également avec ladite terre ; ils servent en même-tems à la lier, & à empêcher qu'elle ne se fende.

At verò in opere de quo agitur, solitam superante magnitudinem, amplius præcautum est ; itaque diversis usum fuit materiebus, prout diversæ erant operis partes : Tribus equi cruribus quæ insident, non datus fuit usque ad poplites nucleus, ut dein ex ære fierent solido, circà armaturæ ferrum quod crus unum quodque subit : Equi cauda, crus quod sursum attollitur, caput & pars colli ejusdem equi, quæ penetrari non potuere, ut intùs efficeretur nucleus, ac etiam tota Regis Figuræ proceritas, ex gypsariâ & lateritiâ materiâ conflata sunt : Equini nucleus corporis fuit formatus è materie quam componunt duæ tertiæ partes cujusdam rubeæ & arenosæ terræ, quæ ponè Carthusianorum Cænobium, in Jacobæo suburbio istius Civitatis Parisiensis, colligitur, & quæ à totius Europæ Fusoribus ad ista opera æstimatur aptior ; & una tertia pars equini fimi & tomenti virgis præparatorum, ut æqualiori modo istâ diluantur cum terrâ ; eam simul connectunt, & quo minus findadatur prohibent.

Avant que de commencer le noyau, on passe des verges de fer en botte dans les espaces des fers de l'armature, que l'on entrelace ensuite avec de gros fil d'archal, afin de tenir les terres du

Antequàm incipiatur nucleus, in ferrorum armaturæ intervalla introducuntur virgarum ferrearum fasciculi, qui posteà cum crasso filo æreo implicantur, ut cohibeatur terra nuclei ; observando ut remaneant spatia

Figure troisiéme.

Coupe du cheval par les jambes de derriere, en le regardant de la tête à la queuë.

Renvois.

4. Piliers butants qui soûtiennent l'ouvrage.
5. Eguilles.
6. Traverses.
7. Fers qui restent quand l'ouvrage est fondu.
9. Epaisseur de la cire.

Figura tertia.

Sectio equi per crura posteriora, illum spectando à capite ad caudam.

Notæ relativæ.

4. *Anterides quibus innititur opus.*
5. *Verucula.*
6. *Longurii transversi.*
7. *Ferramenta post operis fusionem remanentia.*
9. *Ceræ crassitudo.*

CHAPITRE VI.

Du Noyau.

Le noyau, que quelques-uns appellent l'ame d'une Figure, est un corps solide, dont on remplit l'espace renfermé par les cires. La matiere dont il est composé, doit avoir quatre qualités essentielles. Premierement, il faut qu'étant renfermée dans les cires, elle ne puisse s'étendre ni se comprimer, parce qu'en s'étendant, comme il arrive ordinairement au plâtre pur, elle pousseroit les cires, de maniere que les parties d'un ouvrage auroient plus de grosseur qu'elles n'en doivent avoir; & qu'en se comprimant, comme une masse d'argille qu'on laisse secher, elle ne rempliroit pas parfaitement l'espace qui est renfermé par les cires. Secondement, il faut que cette matiere puisse résister à la violence du feu, lorsqu'on en fait le recuit, sans se fendre ni se tourmenter en aucune maniere. Troisiémement, il faut qu'elle ait une qualité que les ouvriers appellent *Pouf*, qui est, pour ainsi dire, une molle résistance, afin que le métal remplissant l'espace qu'occupoient les cires, le noyau ait assez de force pour résister à

CAPUT VI.

De Nucleo.

NUCLEUS, qui à quibusdam anima Figuræ vocatur, est corpus solidum, quo spatium comprehensum intrà ceras adimpletur. Quatuor omninò necessarias qualitates opus est ut ejus materia habeat. Primò, inter ceras inclusa extendi nec comprimi posse debet, namque sese extendendo, ut plerumque mero gypso accidit, protruderet ceras, ita ut operis partes fierent crassiores quàm par esset; atque sese comprimendo, sicuti siccescens argillæ massa, spatio quod circumdant ceræ, complendo non sufficeret. Secundò, oportet ut ista materia cum recoquitur, vim ignis valeat sustinere, absque fissurâ vel contorsione ullâ. Tertiò, requiritur ut hanc habeat proprietatem quam opifices gallicè vocant Pouf*; id est, sit illi, ut ita dicam, mollis resistentia; ut cum metallum adimplet spatium quod occupabant ceræ, ejus effervescentiam perferre queat nucleus, nec tamen nimis obsistat metallo, quod laborat agitaturque, prout in typo refrigescit; alioquin plurimis in partibus metallum finderetur. Quartò necesse est nucleum ex eâ effici materiâ, quæ cum metallo congruat; ut dum istud fluit, ab illâ recipiatur libenter, non verò respuatur aut inficiatur*

rencontre dans des plis de draperies, où ſans cette précaution, il ſe trouveroit des vuides, où le métal ne pourroit remonter.

On démonte enſuite toutes les aſſiſes du moule, en commençant par le haut, & mettant des piliers butants de fer ſous les traverſes de l'armature, à meſure qu'on les découvre, afin de ſoûtenir le noyau; deſorte que toutes les pieces du noyau étant démontées, la Figure paroît entierement de cire, & ſemblable au modele de plâtre.

Omnia deinde typi coria diſſolvuntur, à ſuperiori parte incipiendo, & ferreas anterides collocando ſub armaturæ tranſverſis languriis, prout deteguntur, ut ſuſtineatur nucleus; ita ut omnibus typi partibus diſſolutis, figura omninò videatur cerea & gypſario exemplari ſimilis.

On dépouille après cela toutes les pieces de cire, lorſqu'on a fait ſur le noyau des repaires pour les remettre à leur place; de ſorte que le noyau devient apparent, & alors on les répare dans toute ſa ſuperficie, aux coûtures qui ſe font aux joints des pieces de cire, & entre autres à toutes ſes parties ſaillantes, que l'on arrondit & que l'on rend coulantes, parce que ſans cette précaution, la bronze les pourroit caſſer & les faire tomber dans le moule, ou les jetter dans des endroits, où elles pourroient boucher ſon paſſage & cauſer de la difformité. Il faut auſſi obſerver avec ſoin, ſi tous les gateaux qu'on a employés au noyau, joignent parfaitement l'un contre l'autre; ce qu'il eſt aiſé de connoître, en frappant ſur le noyau, car lorſqu'il rend un bruit ſourd & creux, on connoît que la liaiſon n'eſt pas bonne; ce qui arrive quelquefois lorſqu'on n'a pas aſſez de liberté pour paſſer les doigts entre les menus fers, dont on a entrelacé l'armature. Alors il les faut ôter & les remplir parfaitement; & dans les parties du noyau qui ſont en deſſous, on fait un treillis de fil de fer, attaché aux crochets qu'on a mis en deſſous de l'armature, pour lier & entretenir les terres du noyau, qui pourroient tomber dans le moule dans le tems qu'on fait le recuit. Après quoi, on fait entierement ſecher le noyau, avec pluſieurs poëles de feu; en dehors, ſur des échafauds; & en dedans, dans l'eſpece de voute de brique dont j'ai parlé, dans laquelle on deſcend par une ouverture qu'on a laiſſée ſur la croupe, & que l'on recouvre avec un morceau de tole,

Detrahuntur poſteà omnes ceræ partes, cum in nucleo factæ fuerunt notæ, ut ſuo poſſint reponi loco; ſic perſpicuus fit nucleus; tuncque inſtauratur tota ejus ſuperficies, ad ſuturas quæ in cerearum partium commiſſuris efficiuntur, & præſertim ad eminentes partes, quæ tunc rotundantur, læviganturque; quoniam niſi hæc adhiberetur cura, ab ære poſſent frangi, in typum impelli, aut projici in loca ubi ejus tranſitum obſtruerent, ac afferrent deformitatem. Eſt quoque animadvertendum, an panes in nucleo collocati accuratiſſimè conjungantur; quod facilè innoteſcit, ſuper nucleum percutiendo, namque cum obſcurum & cavum emittit ſonum, idoneam non eſſe colligationem noſcitur; quod aliquoties evenit, cum ſufficiens non fuit libertas, ut inter exigua ferra, quibus armatura eſt implicata, introducerentur digiti: Tunc ſunt avellendi & adimplendi perfectiſſimè; atque in nuclei partibus quæ ſunt infrà, efficiuntur cancelli ex filis ferreis quæ adhærebunt uncinis qui ſub armaturâ fuere poſiti, ut copulentur & ſuſtineantur nuclei terræ, quæ in typum poſſent prolabi, dum facitur recoctio. His peractis, nucleus omninò ſiccatur pluribus hypocauſtis, quæ ponuntur extrinſecùs ſuper contabulationibus & intrinſecùs in hac quaſi-camerâ lateritiâ de quâ fuit ſermo, & in quam deſcenditur per aditum qui apertus in tergo remanſit, quique bracteâ ferri operitur, ſtatim atque ignis intùs accenſus fuit, ut diuturnus poſſit eſſe calor. Cum verò abſque aëris communicatione, ſubſiſtere ignis non valuiſſet, in Regis Figuræ nucleo cum lateribus alligatis eâdem materiâ ac ipſamet nuclei, cura fuerat tres ſtruendi caminos, quorum vacuum tres uncias in quadrum habebat, & quibus ſuper Figuræ Regis capite exitus

noyau en état, observant d'y laisser des espaces, pour y passer la main, & y mettre les terres du noyau & les gateaux dont je parlerai cy-après; & dans les endroits, où ces terres pendent au dessous de l'armature, par exemple, sous le ventre du cheval, on met des crochets en maniere de *S*, qu'on accroche par le haut aux fers de l'armature, & dont le bas descend jusque contre les cires, afin de lier les terres du noyau & empêcher qu'elles ne tombent dans le vuide de la cire, lorsqu'on l'a retirée : Après quoi, on employe ladite composition du noyau détrempée, ensorte qu'elle ait un peu de consistance : on l'applique sur les cires avec les doigts, par couches d'environ un quart de pouce d'épaisseur, que l'on a soin de faire parfaitement secher, en mettant des réchauds de feu en dedans, continuant ainsi de couche en couche; & mettant pour avancer l'ouvrage, aux endroits qui le peuvent permettre, des gateaux faits de la même composition, qui ont environ quatre pouces en quarré & neuf lignes d'épaisseur, que l'on a bien fait secher au feu, & que l'on pose sur leur plat avec ladite composition liquide, faisant tout secher à mesure avec du feu qu'on entretient nuit & jour : observant qu'il ne soit pas trop violent, parce qu'il feroit fondre les cires. On a continué de la sorte, jusqu'à ce que le noyau ait eu au pourtour des cires, environ six pouces d'épaisseur; ce qui a recouvert en dedans tous les fers de l'armature. Après cela on a posé un rang de briques en cintre, maſſonné avec de la terre de ladite composition, joignant l'épaisseur du noyau, dont j'ai parlé; ce qui a formé une maniere de voute en dedans du noyau, où l'on a fait longtems du feu, pour le faire secher.

spatia quibus inducatur manus quæ intus terras nuclei ponet, atque panes de quibus locuturus sum. At verò in locis ubi infrà armaturam istæ pendent terræ, exempli gratiâ, sub ventre equi, apponuntur hami ad instar S figurati, quorum pars superior ad armaturæ ferra inuncatur, & inferior descendit propè ceras, ut nuclei terræ contineantur, & labi nequeant in vacuum quod reliquit cera, quandò extracta fuit. Posteà adhibetur supradicta nuclei compositio, sic diluta ut quædam illi remaneat firmitas: Digitis ad ceras applicatur, inducendo illitus, qui sint è quarta unciæ parte crassi, quosque accuratissimè exsiccari necesse est, intùs subjiciendo ignitabula; quod debet effici ac observari à primo usque ad ultimum illitum; & adhibendo, ut citius perficiatur opus, ad partes ubi licet, panes eâdem materiâ confectos, qui circiter quatuor uncias in quadrum & novem lineas crassitudinis habent; qui panes ad ignem debent admodum siccari, & collocari in planum cum eâdem liquidâ compositione; curando semper ut istud omne fiât siccissimum, mediante igne qui noctù diùque est fovendus, & cavendo ne sit tam fervidus, ut ceram liquefaciat. Sic actum est, usquedùm cerarum in ambitu nucleus sex uncias circiter fieret crassus; eo modo intrinsecùs cuncta armaturæ ferra fuerunt induta. Post hæc, unum laterum ordinem arcuatum, & terrâ similiter compositâ alligatum, posuere proximè crassitudinem nuclei de quo sum locutus; quod efformavit certum quemdam fornicem in interiori istius nuclei, ubi ut exsiccaretur, dudùm fuit accensus ignis.

Le noyau du cheval étant dans cet état, on a élevé les assises du moule de la figure du Roi, dans lesquelles on a fait les armatures marquées par le dessein, & on a coulé le restant du noyau avec de la brique & du plâtre. Il faut observer d'y mettre des jets en dedans, pour faire communiquer le métal aux endroits qui remontent, comme il se

Cum equi nucleus hoc foret in statu, Regis Figuræ typi erecta fuerunt coria, in quibus armaturas diagrammate notatas effecerunt, & quod nucleo deerat cum latere & gypso infusum fuit. Intrinsecus ponenda sunt infundibula quibus pervenire valeat metallum ad partes ascendentes, uti sunt vestium rugæ, in quibus, hac omissâ cautione essent vacua quæ metallum non posset subire.

CHAPITRE VII.

De la maniere de réparer les Cires.

